

M. PAULI JUUSTEN,  
EPISC. QUONDAM AB.  
CHRONICON EPISCOPORUM  
FINLANDENSIUM,  
ANNOTATIONIBUS ET SYLLOGE MONU-  
MENTORUM ILLUSTRATUM.

---

CUJUS

PARTICULAM XLII,

CONS. FAC. PHILOS. R. ACAD. ABOËNSIS,

PRÆSIDE

M. HENRICO GABRIELE  
PORTHAN,

ELOQV. PROFESSORE REG. ET ORD. R. ACAD. LITT. HUMANIOR.

HIST. ET ANTIQVITT. MEMBRO,

*Publicæ bonorum censuræ submittit*

GUSTAVUS JOHANNES EKMAN

*Stip. Reg. Satacundensis.*

IN AUDITORIO MAJORI die XVII Decemb.

A. MDCCXCVI,

Horis ante meridiem consvetis.

---

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.

42.

VIRO ADMODUM REVERENDO ATQUE  
PRÆCLARISSIMO

*Domino Magistro*

EPHRAIMO CARENIO,

*Pastori, ac Præposito Ecclesiarum quæ Deo in Loimijoki,  
Alastaro & Metzånmaa colliguntur meritisimo,*

*Patrono pia mente colendo.*

*T*uam Patrone Faventissime, benignitatem, per totum  
illud biennium quod Tua in Domo exegi Honoratissi-  
ma, tantam expertus sum, ut nullam dimittere occasio-  
nem animus permittat, gratias quas Tibi debeo maxi-  
mas celebrandi. Quamobrem neque hanc mihi jam  
oblatam prætermittere opportunitatem potui, piam  
mentem venerabundamque publice testandi, ac memet ei-  
dem



*dem posthac, quo hætenus usus sum, favori atque benivolentiae commendandi, Summumque simul Numen enixe rogandi, velit Tibi Tuisque omnigenam constantemque felicitatem benigne largiri. Ad cineres usque permanebo*

*Admodum Reverendi atque Præclarissimi  
Nominis Tui*

*cultor observantissimus*  
**GUSTAVUS JOHANNES EKMAN.**

## THESIS I.

**L**ingvam Romanam eadem fere fata ac ipsum imperium Romanorum habuisse, non incommode affirmatur.

### *Thes. II.*

Ut ad Grammaticam alicujus linguæ plenam atque accuratam condendam, aliarum linguarum locuples cognitio non parum prodest; ita in lingua Latina pueris nostris instillanda, non contemnendum subsidium Linguæ Fennicæ præbet exacta cognitio.

### *Thes. III.*

Quo Finlandia nostra ad debitam perveniat culturam, necesse est, ut navigatio interior promoveatur, & plura oppida, opificiis ac fabricis florentia, condantur.

### *Thes. IV.*

Qui communi inservit utilitati, suæ haudquaquam negligens esse, existimandus est.

### *Thes. V.*

Fundamentum cultus Summo Numini præstandi, in excellentia Ejus absolutissima quærere, beneficiis suis, in creationis, conservationis & gubernationis opere conspicuis, non commemoratis, minus æquum in Religionem prodere animum videtur.

### *Thes. VI.*

Si sui rerumque extra se positarum conscius esse, cogitare recte dicitur; bruta cogitare vere utique statuitur.

### *Thes. VII.*

Concilia si non minus mali quam boni rei Christianæ attulisse, dixerimus; Hiltoriam nobis adversam nos non habere, putamus.

---





fuisse, ac primo *Curatum* urbis (734), deinde *Decanum* (ut Auctor noster docet) Ecclesiæ Aboënsis, constitutum.

Aut absentem (in Italia versantem) electum fuisse, aut quod verisimilius videtur, post electionem suam (a. 1510, sine dubio mox post Episc. *Johannis* obitum, factam) in Italiam profectum (multorum utique antecessorum suorum exemplo; vid. supra p. 390 sq. 426, 534, 548,) confirmationem Electionis suæ ibi a Pontifice Romano comparasse, subscriptio docet literarum suarum quibus homagium Papæ præstitit, *Ravennæ* d. 17 Martii a. 1510 datarum (735). Post reditum, *Strengnesiæ* inse-

O o o o

quente

(734) Cfr. Litteræ in Nota proximo præcedente (733) laudatæ; Quibus addere licet literas *Iucie Olavi* (quarum autographon in Bibliotheca nostra Acad. servatur), quibus, nominatis supra hæredibus suis *Rotgero Olavi & Martino Johannis* prædia quædam tribuit, quibusque sigillum suum appendit etiam *Mesther Aruidh Kurke, Kanik i Abo*. Datæ sunt *Nadendal aarom epter Gudæ byrdh Tusandh fyre hundradh* --- (cætera adijcere scriptor oblitus fuit; annus sine dubio significari debuit 1490)!

(735) Ipsæ hæc literæ illis plane similes sunt, quibus Episcopum *Johannem* fidem suam Pontifici Romano manserasse, supra (p. 647 sq. Not. 727) docuimus; nisi quod noster hoc modo iis subscripsisse reperitur: "Datum *Ravennæ* anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo, sexto, decimo Kalendæ, Aprilis, Pontificatus" (hic exciderunt vitio descriptoris, verba "sanctissimi Patris ac Domini nostri, Domini *Julii*, Papæ II) "anno octavo." Ac postea adjecta hæc leguntur (quæ repetitam fuisse ipso die consecrationis hanc homagii formulam, prodere videntur?): "Datum *Strengenes* anno D:ni MDXI in crastino b. *Francisci* confessoris, meo sub Sigillo præsentibus appenso". Cum autem in Codice vetusto, qui prædia recenset ad *Iwårum Flemingh*, (de quo infra) Dominum in *Sundholm* olim pertinentia (*Herr Iwar Fleminghs Jordebok*, inter monumenta prædii *Sundholmensis*, prope *Neøstadium*, siti, adhuc servato) legitur: "A:o 1512 *Løgerdaghem*



quente proxime anno, d. 5 Octobris, ab Archiepiscopo Upsalensi (*Jacobo Ulphonis*) consecratum fuisse, reperimus (736).

Satis mira est Auctoris nostri confessio atque excusatio, se *vitam* hujus Episcopi (Antecessoris sui, 40 annis ante se ad sedem Aboënsis translatus, mortui!) *velut minus sibi cognitam, præterire*; cum acta Episcopatus sui in Archivo Ecclesiæ Aboënsis multa sine dubio adhuc superessent (quæ postea perierunt), nec memoria sua adhuc mentibus hominum excidisse poterat!

Hujus Episcopi tempore, a. 1514, *Actum Inscrinationis b. Hemmingi* (qua de re supra egimus p. 337 sqq) quem vehementer celebrat MESSENIUS (737), contigisse, jam antea monuimus.

*Rusfos* Finlandiam, Danis instigantibus, crebris irruptionibus rursus infestasse, Historici nostri docent. Anno vero 1516

„nåst epter S. Birgitte dag (d. 9 Oct.) tå fatt erlige Herre Herr *Electus* på min Herres vägnar Herr *Sten Stures* för råtta hem til *Dirich Hansons*, i årlige mans närvaro *Nils Eskilssons*, *Clawus Henrikson*, *Knut Erichson*, *Henrik Stensson*, Borgmästare och Råd” &c. intelligi celebrem illum *Electum Lincopensis*, *Hemmingum Gadd*, existimamus. Nam de nostro *Arvido* capi nullo modo potest.

(736) Quo tempore Archiepiscopo Upsalensi literas, obsequium fidemque suam illi obligantes, tradidit, similes iis quas Episcopum *Laurentium* eidem dedisse, supra (p. 640 not. 717) docuimus. Literis autem *Arvidi* nostri subscriptum legitur: „Strengenes anno D:ni MDXI, die” (crastino?) b. Francisci confessoris.” Reperiuntur in Bibliotheca Regia Stockholmensi.

(737) *Scond. T. X p. 23; T. IV p. 52 & 55; Chron. Finland. Rhythm.* p. 41 sq.





)

655

(



1516 eos, finitimas regiones (factis nuper induciis fractis) vexasse, si MESSENIIO credimus (738); quomodo legationem anno proxime precedenti (1515) ad inducias renovandas a Prorege *Stenone Sture* ad Rusos expeditam, feliciter hæc mala avertisse, cum Nobil. V. DALIN (739) contendere poterimus?

Inter Senatores qui partibus Proregi *Stenoni* adversis favebant, nostrum etiam Episcopum recenset Nob. V. DALIN (740); sed postea saltem, a Danicis consiliis alienum atque Proregi ejusque Conjugi fidum fuisse, reperi-  
mus (741). Lanienam vero Stockholmensem cum aliis

O O O O 2

Fennia

(738) *Scand. T.* X p. 23; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 44.

(739) L. c. C. XX §. II p. 877. Inducias LX annorum, per *Ericum Thuronis (Bjelke)* & *M. Paulum* Archidiaconum Aboënsis (de quo infra) in Rusiam ablegatos, confirmatas, atque sic consiliis Danorum (Rusos perpetuo in nostros incitantium) hostilibus obicem fuisse feliciter positum, docet. MESSENIUS de hac re nihil. An cum priori illa legatione ac induciarum harum confirmatione, tempore *Svantonis Sture* facta, eandem putavit?

(740) Quia scilicet, cum aliis quibusdam ad sædus accessit, quod plerique Senatores Regni de Recessu Malmogiensi d. S. Georgii a. 1511 facto, observando & tuendo inierant: vid. HADORPHII *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 427. Quæ forte ratio firmissima non est?

(741) Non modo subscripserat Decreto de arce *Ståkenfi* demolienda, atque Archiepiscopo *Gustavo Trolle* a muneris sui administratione suspendendo (UGGLA l. c. N:o 699); sed etiam Capitulationi Stockholmensi (a. 1520 cum tyranno inita), a *Christina Sturii* vidua inclusa fuerat, ut ei fidus atque amicus (V. DALIN l. c. §. 23 p. 906), utpote qui & patriæ bene cupiit & *Christinæ* rebus adjuvandis in Finlandia operam præstitit: quare ipse Nob. V. DALIN alio loco cum vocat *en god Svensk och Christinas vänn, som var hennes bistånd i Finland*, Quamadmodum idem postea *Gustavo Erics*, liberatori patriæ,





Fennix proceribus cautus effugit (742); nec postea a tyranni satellitibus, qui multorum hic optimatum, nec non reliquorum civium sanguinem passim effundebant (743), ad eadem-

ad Finlandiam tyranno eripiendam, auxilium libens præstitit. Testatur nempe TEGEL (*K. Gustafs Hist.* P. I p. 33) cum ad Arcem Aboënsis occupandam *Nicolaus Arvidi* missus a. 1521 cum exercitu fuisset, ad arcis hujus obsidionem Episcopum nostrum insignem illi opem exhibuisse ("til huilken bétalningh Biskop Arffued i Åbo var Niels „Arffuedson mycket förforderligh, och undsatte honom *Bysfor, Lodh, „Krut och Hoffmän*”).

(742) Qui nempe a tyranno Stockholmiam vocati, sese illi credere tutum non putabant; adeoque domi manebant. Literas, quibus illos allicere in laqueos suos tentavit, inferendas curavimus *Foliis Hebd. Aboënsibus* a. 1796 N.º 30; quibus nominatim invitavit Episcopum *Arvidum, Aconem Georgii (Åke Jörgenson, Tott)* Præfectum Arcis *Tavastburgensis, Antonium Erici (Tönnés Erichson, Tott)* Præfectum *Rasburgensem, Nicolaum (Claudium?) Henrici (Claves Hendrichson, Horn)*, Legiferum Fennix Australis, *Henricum Stenonis* Legiferum Fennix Borealis, & *Canutum Erici (Knut Erichson, Kurck)*, qui in literis eodem anno datis vocatur *Legifer Satacundiæ*, *Lagman* i *Sategunda Lagsgu*, ac sine dubio, loco *Henrici Stenonis* jus in hac provincia dicebat?; ut consiliis suis ei ad salutem publicam tuendam adjuvaturi præsto forent!

(743) Nonnullas tyrannicæ hujus crudelitatis victimas recenset Auctor noster; docens, *Christierni* jussu, *Aconem Georgii* d. 27 Novembris *Tavastburgi* (non *Aboæ*, ut habet Nob. UGGLA I. c. N.º 691), *Nicolaum Eskilli* & *Hemmingum Gadd*, ante castrum *Rasborg* (non illum *Aboæ*, neque hunc in castro *Rasborg*, ut habet Nob. UGGLA I. c. N.º 677 & 674, aut *Gaddium Tavastburgi*, quod asserit TEGEL I. c. p. 35, & post eum V. DALIN T. III Vol. I p. 56 not. q.) d. 16 Decembris (non 11, factum enim fuit *Dominica 3 Adventus*), fuisse decollatos, quod fatum eo tempore cum aliis *Sveciæ Heroebus, Gaddium sub Rasborgo* subiisse, *Messenius* narrat (*Scond. T. IV p. 89*). Accesserunt a. 1522 in Januario, ex novo tyranni jussu, in Arce *Aboënsi* capite truncati, *Antonius Erici (Tott)* & *Henricus Stenonis (Renhuf-*



cædem rapi potuit (744).

(b) Cum interim illustri heros *Gustavus Ericæ* (*Wuse*), pro oppressa liberanda patria, arma feliciter cepisset, atque celeriter magna regni parte recepta, ad Finlandiam quoque sævitæ tyranni eripiendam strenuos aliquot fidosque sibi viros cum copiis huc misisset (745), iisque, licet arces expugnare non valerent (746), partim tamen

O o o o 3

---

*vud*); *Stigson* apud Nob. V. DALIN T. II C. 20 §. 28 p. 916, erratum esse puto typographicum? (cfr. idem T. III l. c.): præter plures alios, omnis ordinis homines, a digno sævitæ tyrannicæ ministro *Thoma*, illius arcis Præfecto, variis modis trucidatos. Vid. TEGEL l. c. p. 34 sq. It. p. 33.

(744) Sine dubio procul a tyrannorum potestate, intra arcem *Kuustoënfem*, vel aliis locis tutis, cum viris quibusdam aliis patriæ amicis, versabatur?

(745) Mox post comitia *Wadstenensia* a. 1521 in Augusto celebrata. Misisse autem has copias mense Septembri, iisque præfecisse *Nicolaum Arvidi*, ac proxime post eum *Henricum Johannis* (*Hendrich Jönson* till Haga i Åland) narrat TEGEL l. c. p. 31; iis sese adiunxisse multos Fennos & nobiles & plebejos, tyranno infestos, ac inter hos præcipue *Nicolaum Grabbe* (de quo infra). MESSENIUS non tam copias fuisse ex Svecia transmissas, quam viros quosdam idoneos, auctiores ac duces Fennis ad jugum tyranni excutiendum futuros, significare videtur, scribens: "strenuos aliquot eo viros ablegat (*Gustavus*) ut indigenis convocatis, propugnacula regionis expugnent." (Secund. T. V p. 5). Quem verius rem expressisse putamus; quod difficile *Gustavo* fuit, in illo rerum statu, quæ ad exercitum in Finlandiam trajiciendum requirebantur conquirere & comparare?

(746) Quas valido præsidio, inprimis militum peregrinorum, tyrannus firmaverat. Notum enim est, anno jam 1520 arces *Aboënfem*, *Raseburgensem* & *Viburgensem*, per copias quas famosus ille *Henningus Gadd*, tyranni assecla factus, in Finlandiam adduxerat;



tamen has circumcingerent, partim alio modo hostibus negotium facerent 747; Praefectus Classi Danicæ *Severinus Norby* illos depellendos, suisque auxilia ferenda esse necessarium duxit. Quare cum classe atque copiis Aboam veniens, urbem

sine magno labore, in consternatione illa generali quæ mortem *Sturii* & *Svecorum* alias calamitates sequebatur, fuisse occupatas. Neque *Tavastburgum* diu resistisse credas; quod ex (perfitte violato illo) pacto dedicationis *Stockholmenfis*, *Sturii* viduæ, una cum sua atque *Kumoënsi* ditione, concessum erat (*HADORPH.* l. c. 446 sqq). Literæ tyranni (datæ *Stock.* die *S. Martini*, 11 Nov. 1520) ad *Petrum Huid* & reliquos duces præsidii *Tavastburgensis*, qui *Christinæ* nomine arcem tenebant, habentur apud *TEITFELDIUM* l. c. p. 1162, quibus iis mandat, ut cum illa cæterique crimine manifestæ hæreseos essent, secundum leges *Sveciæ*, damnati, arcem literarum exhibitori *Johanni Matthiæ (Sjens Matzson)* confestim traderent. De *Thomæ* arcis *Aboënsis*, & *Rolfone Matthiæ (Roloff Matsson)* *Viburgensis* Praefectis, infra commemorabitur. — Obsidionem arcis *Aboënsis* a *Nicolao Arvidi* susceptam, feliciter non cessasse, passim Historici nostri docent (vid. *TEGEL* l. c. p. 36; & *V. DALIN* T. III C. 2 §. 3 p. 56, qui ducem illum vocat *Nils Westgöthe*, & p. 52 not. (f) fratrem fuisse *Arvidi Gustavi*, *Arvid Gustafsson*, celebris inter *Gustavianos* imperatoris, male addit): quam (d. 25 Nov. inceptam) cum a *Severino Norby* vere sequente coactus esset solvere, ille cum reliquis ducibus copiarum *Fennicarum*, in provincias interiores recedere necesse habuit, ac spei arcium expugnandarum interim renuntiare. Cfr. *TEGEL* l. c. Hoc tempore, præter mentem quidem *Nicolai*, non tamen sine eius culpa, urbs *Aboënsis* incensa fuit (qua de re idem *TEGEL* ibid.); unde vetus annotatio, in *Actis Palmköld.* N:o XIV T. 59 p. 235 habet: "1523, d. 22 Maji, combusta est civitas *Aboënsis* per *Nicolaum Arvidson!*" Ubi in anni tamen nota (1523 pro 1522) errorem inesse, apparet.

(747) Inprimis *Nicolai Grabbe* de *Grabbacka* (quem male vocat *Krabbe* til *Gracka* V. *DALIN* l. c. T. III C. 2 §. 2 p. 52) callida audacia (vid. *TEGEL* l. c. p. 31 sq); de quo viro infra quædam addemus.





urbem cepit atque spoliavit (748). Cujus adventu, vi & acerbitate comperta (749), Episcopus noster, merito sibi timens, fugiendi primo in Ostrobotniam, indeque porro mare transeundi consilium cepit; in Svecia, ubi *Gustavus* magno jam successu vires tyranni fregerat, tutius sibi asylum quaesiturus (750). Sed infeliciter ei hoc consilium cesit. Quam enim, nave (751) e parœcia *Ner-  
pis*

(748) De hac ejus expeditione passim Historici nostri agunt: cfr. TEGEL l. c. p. 35 sq. MESSENIUS *Scand.* T. V p. 7. V DALIN l. c. §. 3 p. 56, §. 6 p. 63. Præter Aboam alia quoque loca Finlandiæ maritima fuisse hoc tempore a Danis infestata, vel annotatio docet in laudato supra (p. 653 not 735) codice Sundholmensi talis occurrens: "1522 skinnade K. Christierns folk Sundholu".

(749) Aboæ præsentem sub his turbis Episcopum nostrum haud fuisse, præter rem ipsam, verba ostendunt Auctoris, de impetu *Severini Norby* in urbem facto eum *inaudivisse* dicentis. Non erat scilicet consultum, prope ad loca ubi duces tyranni dominabantur, accedere.

(750). Res ipsa docet, eum, cum mare trajicere constitueret, ac in Sveciam proficisci, apud *Gustavum*, cujus partibus impense adeo faverat, prælidium atque tutamen querere voluisse; quod etiam expresse testatur TEGEL l. c. p. 36. Ac magnam jam Sveciæ partem tyranno eripuerat, atque in libertatem vindicaverat, sibi que obedientem effecerat *Gustavus*; ita ut amicis suis tutæ in iis locis sedes offerrentur.

(751) *Naviculæ* (parvi admodum navigii) ibi ab eo *conscensæ*, Auctor noster meminit; qui tamen non accuratissima se præditum fuisse rei cognitione, ipse prodit, cum ex fama tantum vulgari se eandem hausisse significet (*dicitur*). Diligenter autem ac dilucide TEGEL (l. c.) rem enarrat, fugamque describit Episcopi, scribens: Samma tiidh (cum *Severinus Norby* „copias Fennicas, arcem Aboënsē obsidentes, recedere coëgisset) måste „Biskop *Arffuedh* i Åbo rymma, och gaff han sigh först til *Raumo*, „ther han hadde sitt *Skep* liggjandes, och så siöledes rådhan och til „Ulfsby. Men effrer han ther icke säker och frij bliffua kunde, och „sick altidjh tijdender, at sfinderne drogho allastådes omkringh och



*pis profectus, mortem fugiebat, eam in mari, tempestatum vehementia turbato invenit (752), una cum cognatis multis ac familiaribus suis (753), aliisque, ut traditur, itineris sociis (754). Quæ ætate anni 1522 evenisse videntur (755); ita ut in textu Auctoris nostri, qui annum*

1521

---

„söchte efter honom, gaff han sigh medh många aff then Finska Adel,  
 „Frwer och Jungfrwer, som aff fruchtan och råddhoga flydde för  
 „samma Konung Christierns tyranniske påbudh skuld, til sjöfs och ach-  
 „tade sigh åth Sverige til Konung Gustaff. Men them kom en gråle-  
 „ligh stoor storm och owäder uppå, så at the alle med skep, folck och  
 „godz förginges och bleffue borta, utan för Öregrund i Wiggian.” (sinu Grep-  
 pen?) Quæ ex certa & accurata notitia eum scripsisse, simul apparet. Si  
 igitur Episcopus ex parœcia Ostrobotniæ *Nerpis* iter versus Sveciam di-  
 rexit, ut Auctor noster narrat) illuc, littus legendo, ex urbe Ulfsby  
 (hodie Björneborg) prius navigaverat.

(752 Die 22 *Julii* contigisse, SPEGEL & RHYZELIUS (l. l. c. c. in vita nostri) dicunt; quod unde didicerint, nescio.

(753) Inter cognatos suos *Decanum M. Conradum* referre Auctor videtur? *Familiares* autem, *ministros* atque *domesticos* suos significare credas? Fortasse etiam *amicos*?

(754) Vidimus nuper TEGELIUM plures *Nobilium Finlandensium*, eorumque *Uxores & filias* comites ei infelicis itineris dedisse. Nec aliter MESSENIUS (*Scond. T. V p. 7*) *multos de Clero Proceribusque* cum eo profectos una periisse, narrat. Si igitur in una navi omnes erant, non sane admodum esse potuit exigua; ex eo sine dubio genere quo Rustici nostri maritimi adhuc utuntur (*Svet. & futa*)?

(755) Anno 1521 & adventum *Severini Norby*, urbisque Aboënsis direptionem, & fugam exitiumque Episcopi evenisse, Auctor noster dicit? Cujus textum licet vitio laborare putaremus, tamen corrigere ausi non sumus; non solum quod is error in optimis deprehenderetur codicibus (*Nettelbladiano & Academico* nostro, cujus tamen margini recentior manus adscripta a. 1522), sed etiam apud MESSENIUM, cum in *Chronico Episcoporum* (in vita *Arvidi*), tum *Scondiæ T. X. (p. 23)*: quod ostendit, eum quoque in *Chronico Jussteniano* annum eundem reperis.





)

)



1521 exhibet (?), vitium inesse putemus (756).

P p p p

In

se licet postea, errore deprehenso, eundem correxerit, & T. V p. 7, nec non T. XV p. 99, ad a. 1522 recte retulerit. Cæterum hunc errorem ab ipso nostro Auctore profectum haud esse, ut jam credamus, non ipsa modo res jubet (ut mox monebitur) sed etiam quod de *sex fere* illis addit *annis*, quibus sedes Episcopalis (a morte *Arvidi* ad electionem *Martini*) vacaverit: cum enim hunc *in feriis trium Regum*, adeoque initio mensis Januarii (d. 6), a. 1528 in Episcopum fuisse narret electum, per *septem fere* annos vacasse sedem, si anni jam 1521 ætate *Arvidum* periisse credidisset, pronuntiare debuisset videtur? Adeoque textum ejus corrigendum esse, & pro 1521, scribendum 1522, nunc quidem haud dubitamus: nam eodem anno interiisse Episcopum *Arvidum*, quo urbem Aboënsis *Severinus Norby* occupavit & spoliavit, dubio vacat.

(756). Præterquam quod TEGELIUS (l. c.), & MESSENIUS re accuratius pensata, annum 1522 habent; ipsa res idem credi jubet. Namque cum *Gustavus Erici* opus liberandæ Patriæ non ante a. 1521 inchoare potuisset, ac post *Comitia* demum *Wadstenensia*, eodem hoc anno, mense *Augusti*, celebrata (quibus *Regni Gubernator* constitutus fuit) duces copiasque in Finlandiam, ad eam liberandam arcesque ejus expugnandas, misisset, a quibus non ante mensem Novembrem *Arx Aboënsis* obsessione elusa fuit (cf. supra p. 657 sq. not. 745 sq.); neque Episcopus obsidentibus subsidia præbere (supra p. 655 sq. Not. 741), neque *Norby* obsessis opem adferre, neque ille tutum in *Svecia* refugium sibi promittere, aut *Severini* adventu territus illic proficisci, ante ætatem a. 1522 potuit. Fieri tamen cogimur, ut verisimile non est, Fennos, ante *Comitia Wadstenensia* misisque sibi auxilia, arma contra tyrannum capere ausos fuisse; ita mirum videri debere, Episcopum nostrum inter tyranni satellites armaque tam diu potuisse salvum versari, & viam illorum effugere? Intra castrum puto *Kuusloënse* (quod oppugnare non placuit), sese continuit? Quamquam *Antonio* quoque *Erici* & *Henrico Stenonis*, qui etiam *arci Aboënsi* sese credere ausi sunt, (ubi initio demum a. 1522 capite plexos constat), quique sine dubio obsequium tyranno, reliquorum civium exemplo professi, in fidem ejus (dubiam sane ac formidolosam!) recepti erant, tyranni ministros inte-



Infelici fato ita periit Episcopus *Aavidus*, qui ultimus fuit Episcoporum Finlandensium religioni Romano-Catholicæ addictorum. Post ejus mortem, fere 6 annis vacante sedem Episcopalem, Auctor monet; quo tamen tempore vicariis quibusdam curam Ecclesiæ Fennicæ fuisse commissam, simul significat; quorum etiam nomina prodit.

c. *Johannem* hunc Westrogothum inter Episcopos Finlandiæ recenset MESSENIUS (*Scand. T. X p. 23, cf. T. p. 12*), locum illi XXXIII assignans, (licet inauguratione caruisse fateatur), & a 1522 constitutum fuisse significat; atque in *Chronico Finl. Rhythmico* laudibus, ut Lutheranorum conatibus (veterem doctrinam mutare audentibus) adversarium, ornat (757). Sed eundem Auctor noster nonnisi ut *Præfectum reddituum Episcopaliū* fuisse huc mistum, significare videtur, ipsius vero muneris Episcopalis officia omnino non attingisse? Quare quod de *Vincentio* mox narrat (*illi, priori? adjunctum fuisse &c.*) ad eundem *Johannem* trahere possis? Quamquam etiam de *M. Erido* commode interpretari queas. Cæterum de *Johanne* illo

---

rim pepercisse videmus. Cæterum chronologiam a MESSENIŌ (vitiōso Chronici exemplo decepto) primum adoptatam (*Scand. T. X p. 3*), secundum quam *Gustavum* Arces Finlandiæ anno jam 1522 expugnasse statuit, fallam esse, inde etiam patet, quod hoc non ante expugnationem Arcis Stockholmensis, anno demum 1523 (mense Junio) factam, fieri potuisse, expressè docet TEGEL l. c. p. 36.

(757) "*Johan Wästgöthe* dernäst kom, På sin vigsel ej fick lof „från Rom" (quasi tamen confirmationem Papæ petiisset?) "*Kung Gustaf* vill ock ej dertill, Medan Bispen ej anta vill Trones förändring, i sit stikt; För sadant och annat mer slikt, Ifrån det kallet affattes 22 hån, Åndock han var en tjenlig man", p. 44 sq.





)

(



illo lepidam annotationem scriptor exempli *Chronici Juusteniiani*, quod in Bibliotheca nostra servatur Academica, textui subjunxit; quam eo libentius adponimus, quod ad ætatem codicis æstimandam simul pertinet (758).

d) Hunc *Magistrum Ericum*, quem antea *Decanus* fuisse *Lincopensem* recte dicit (759) *Messenius*, a. R. *Gustavo*, *Johanni* deposito a. 1525 subrogatum, XXIV idem numerat *Episcopum Aboensem* (760). Etiam *Auctor noster* post  
P p p p 2 *Jo-*

(758) "Eo tempore quo ego *Michael Stuth* eram in servimine *Joannis Wesgoti* in *Wexö*" (prædium nobile paracis *Kängasala*) "ab ejus ore audivi verba talia. *Ta jag var i Biscops stad, så upbar jag någre penningar aff Prästerna för theras oächte barn. Som iag kom fram för Kon. Gösta med the penningar, så sporde han hvad penningar the sculle vara? Jag sade hvarföre the voro upburne aff prästerna. Svarade Konungen, Medan the peningar äre hijt komne, så må the här wara; men här effter skal thet icke så skee, utan präster scola haffua theras äkta hustru". Dominum prædii illius fuisse, ibique postea habitasse putes? Sacerdotem vero fuisse, non apparet; ac reditus Episcopales collegisse, ex his etiam verbis liquet. Quid si eadem hoc negotium commissum fuit *Johanni Westgotho* (*Jöns Westgöthe til Wexö*) qui his florens temporibus ejusdem prædii Dominus audit, atque inter annos 1524 & 1531 *Præfectus Arcis Aboensis* fuit, a. 1536-1544 *Judex Territorialis superioris Satacundie*, a. autem 1545 — 1550 vicarius *Legifer Fenniae Borealis*, ac fide apud R. *Gustavum* haud exigua voluit? Vid. de eo *Fol. Hebd. Ab. a. 1793, N:o 45*.*

(759) *Scand. T. V p. 12* scribit: *Abogensis* in *Finlandia Præsul* (?) fuit aliquandiu post *Arvidi* mortem *Johannes Westrogothus*, & illo per *Gustavum* remoto, *M. Ericus Decanus Lincopensis* illa potitur hoc tempore (circa a. 1523) *Cathedra*. Num alios habuit hujus asserti fontes, quam *Auctoris nostri* verba nimis libere explicata atque ornata?

(760) *Scand. T. X p. 24*: "Circa eundem (a. 1525) *Gustavus* rex,



*Johannem* fuisse in *Finlandiam* deputatum testatur. Unde RHYZELII narratio (I. c. VII. Bok. III. Cap. p. 343) minus accurata est, qui ita rem proponit, quasi simul *Johanni* reddituum Episcopatum administratio, & *Erico* Capituli regimen curaque Dioceseos demandatæ fuissent (761). Quum vero hunc *Electum* vocatum fuisse constet, non a Rege solo pro imperio constitutum, sed etiam Capituli suffragiis more fuisse solito designatum, inde colligas (762)? Circa

---

*Johanni* cathedræ candidato Abogensis, seu dogmatis Lutherani adversario deposito, M. *Ericum* subrogat, XXIV ibi Episcopum."

(761) Adoptat ejus rationem Nob. UGGLA I. c. N:o 723, atque adhuc apertius affirmat divisim inter illos fuisse muneris Episcopalis curam.

(762). Idem significat TEGEL I. c. p. 42, scribens? "Och för-  
 ,,thenkuld skreff sielff (ipse Rex *Gustavus*) sampt medh Canic-  
 ,,kerne - - Påven i Rom här om til - - - Sammaledes bleff ta medh  
 ,,Påvens samtykke Mester Knut - - aff Canickerne i Upsala postulerat  
 ,,och uthwaldh til Erceiebiskop, - - - Theslijkes Mester *Erich*, som  
 ,,var Decanus i Linköpingh til Biskop i Åbo." Addit CELSIUS I. c.  
 p. 165, *Gustavum*, pro hoc negotio procurando & confirmatione Pontificis  
 novis Episcopis comparanda, Magnum quendam Magni Romam misisse.  
 Quoda. 1522 factum fuisse, levi errore uterque narrat. Cum vero Bibliotheca  
 nostra Academica apographa ipsarum Epistolarum R. *Gustavi* possideat,  
 (cum trium aliarum, eodem circiter tempore ad Papam, *Adrianum VI*,  
 ab eo misarum, quas omnes Romæ ex Archivo Pontificis Romani descri-  
 ptas, Generosiss. D:nus FREDENHEIM, Summus *Ædificior. Regior. Pra-*  
*fectus* &c. benigne huc transmittit) hoc de negotio Pontifici datarum;  
 illarum exemplum, multis nominibus memorabilem, adjungendum esse  
 merito duximus, quod tale est: "Devota pedum oscula beatorum. Bea-  
 ,,tissime Pater. Vacaverant diu ecclesie Cathedrales in terris nostris,  
 ,, Tandem Prepositi & Capitula earum supplicaverant clemencie nostre,  
 ,, quod pro eis quos rite & canonice elegerant, literas nostras ad Sancti-  
 ,,tatem vestram dare vellemus, ut eo citius solatio Pastorum & Episco-  
 ,,porum gaudere possent. Elegerant Prelati & Canonici Upsalenses,





Circa a. 1525 & 1526 Diocesi præfuisse, atque inter Re-  
P p p p 3 gni

„post resignationem Dni Gustavi Archiepiscopi Upsalensis, Reveren-  
„dum Patrem D. Johannem Ghotum, Sanctitatis Vestre Commissarium  
„& Canonicum ejusdem Ecclesie Upsalensis, in eorum Archiepiscopum  
„elegerant Canonici Scarenfes post mortem Vincentii Episcopi Scaren-  
„sis Magistrum Veige haralli (leg. *Magnum Haraldii*) Archidiaconum  
„in Episcopum Scarensem. Similiter Strengenenses post mortem Do-  
„mini Mathie Episcopi elegerunt prepositum Dominum  
„Sommar (leg. *Magnum Sommar*) in Episcopum Strengenensem. Pre-  
„lati etiam & Canonici Arosienses post mortem Dni Ottonis Episcopi  
„eorum postulaverunt in eorum Episcopum religiosum patrem Dnum  
„Petrum Magni, qui jam est provisor Domus sancte Birgide in urbe  
„Roma. *Et quamvis Episcopus Aboënsis Arindus (leg. Arvidus) supe-*  
„*rriori anno* (itaque 1522!) *mortuus est, non tamen adhuc procesfit*  
„*Capitulum Aboënsis ad electionem novi Pastoris & Episcopi, propterea*  
„*quod ipsa Ecclesia Aboënsis occupata fuerat per inimicos, a quibus*  
„*eam nuper cum toto Ducatu Finlanche (leg. Finlandie) eripuimus &*  
„*corone adjecimus. Grati sunt nobis & populo nobis subiecto omnes*  
„*prefati electi Episcopi, quos Sanctitati Vestre confirmandos offerimus,*  
„*supplices quod Sanctitas Vestra, attento periculo quod in his mal-*  
„*lis temporibus religioni ex vacantibus ecclesiis accidere possit,*  
„*quantocius confirmet, atque gratiose de solutione debitorum Camere*  
„*Apostolice cum eis agere dignetur, ex quo ecclesie jam pauperrime*  
„*sunt, & omnibus rebus penitus spoliata: & ultra hoc prefati electi sin-*  
„*gulos Episcopales census contra inimicos Ecclesiastice libertatis jam ex-*  
„*penderunt, & adhuc quotidie expendunt: qua liberalitate Sra Sedes*  
„*Apostolica ex Nobis & Regnis nostris majora beneficia consequetur,*  
„*nosque in majus obsequium Sanctitati Vestre asringet, quam diu &*  
„*felicitissime valere optamus. Ex civitate nostra Regia Stocholmensi A:º*  
„*Dni 1523, 14 die Septembris, sub nostro sigillo.*

Gustavus Dei gratia

Svecorum & Gothorum Rex.

De mandato Serenissimi Dni Regi - -

L. (L. Laurentius) Andree Secret. rius subscripsi.”

Ex quibus patet literis, Mag. *Ericum* neque a Capitulo Aboënsi  
fuisse (tum quidem adhuc) electum, neque Papæ nominatim commen-



gni quoque Senatores locum obtinuisse, extra dubium est (763). Etiam hunc consilii Regis, tributæ Clero imponentis, ut & novæ doctrinæ (Lutheranæ) per Fenniam propagari coeptæ, restitisse, non improbabilius MESSENTUS narrat, eamque ob causam fuisse a Rege beneficio privatam addit (764).

e) *Vin.*

datum. An igitur a Papa fuit ipso nominatus? Vel an literarum exhibitor in mandatis habuit, ut privatim eum Papæ proponeret Episcopum Fennicæ constituendum? Non liquet. Quod autem de expensis Cameræ Apostolicæ debitis condonandis, Rex petiit, tale fuit, ut totum negotium irritum reddere facile posset.

(763). In Actis Magistratus Urbici Stockholmensis, ab *Olavo Patri* consignatis, quæ edita habentur in Collectione præclara Reverendiss. Archiepiscopi V. TROIL, *Skrifter och Handlingar til upplysning i Svenska Kyrko och Reformations Historien*, T. II p. 269 legitur: "Fennia 6:ta ante Birgitte saate för rätte epter vor naligaste Herres befallningh (Stockholmia) Electus af Upsala, *Electus af Abo*, Mester Larsens, Peder Hird &c offuer et skuldfordringsmal". Ut Regni Senatores hoc iudicium habuisse, recte observat Editor. — In Collectione Actorum Publicorum *Stiernmanniana*, *Riksdagars och Möters Bejuth*, T. I p. 48 sqq. literæ habentur Holmia a. 1526 d. 8 Aug. ad eundem *Electum Aboensem* scriptæ (nescio a quo, neque enim hoc investigavit prodiditque Editor, ut neque significavit ex quali exemplo aut ubi reperiundo descripsit &c) *de subsidio Regi a Clero*, vi Decreti Comitialis faciendo: unde discimus, Clero Diocæcesis Aboensis 3000 Marcarum tributum, *juxta Electi moderationem* (h. e. definitionem & partitionem) pendendum, fuisse impositum, præter duas partes decimarum ejus. nisi ad ecclesiam quamque parochiæ pertinentium (*Kyrko-tienden*; Nob. V. DALIN dicit 8 nonas partes, l. c. T. III P. I p. 144, sed cf. ib. p. 134) Regi vindicandæ, & Equites bene armatos ab Episcopo pro reditu suorum magnitudine (6 equites ex 400 marcarum redditibus) præstandos.

(764). *Scand.* T. X p. 24: "Antistes, (a. 1525) decimarum ad belli usum ecclesiasticarum applicationi, per Regem mandata, & statio-





)

667

-



e) *Vincentium* hunc *MESSENIUS* *Gadensem* vocat *Episcopum* (*in Partibus infidelium?*) & *Electi Erici Vicarium* (765); cæterum nobis ignotum: qui cum *Consecrationis* *Episco-*

ni militum in cænobiis, communicato cum Lincopensi consilio, aucter fuit reluctatus". Unde "Circa a. 1527 M. *Ericus*, Finlandiæ An istes, quod per *Vicarium*, scilicet *Vincentium Gadensem* Episcopum, suo muneri satisfaceret, innovationi religionis ita obfistendo, a Rege priyatur beneficio". (Cfr. supra not. 760). In *Chronico* autem *Finl. Rhythm.* canit: "En het Måster Erik så begick Han åmbetet af Kungen fick. --- *Pehr Sårkelax* sig företog --- Utsprider then Lutheriska tro Hos alla them i Finl. nd bo --- Thetta gjorde han såkert då *Medan i landet ingen var Wigd Biskop som thet vårk förtar.* --- Men Biskopen ej lida kan Kungen vil så Luther hjelpa, Och Påfvens sak härmed stielpa; At han ock tionden lade Til Krigshjelp, och hofmän hade I Kloftrén til borgalåger, Så förtårde hvad Guds folk åger. Biskopen en suffragor (Suffragator s. Suffraganeus) har Med hvilken han kring landet far Och sit åmbete beståller, Mot Luthers sak resan gåller. Wred på honom ty Kungen blef, Och utur Biskops-såtet dref". Nemini non patet, *MESSENIUM* & libenter commemorare, quomodo Regis consiliis sese *Ericus* opposuerit, laudè ei hoc non exiguæ tribuens, & causam successus quo doctrina Lutherana in Finlandia utebatur haud levisimam in eo querere, quod nullus hoc tempore Diœcesi præset *Episcopus consecratus*. Quæ omnia ingenium suum mentemque satis produunt! — Cæterum vel illa res, quod *Ericus* ille Lincopensis Capituli fuerat membrum, ubi *Johannis Brasili* contra novam doctrinam odium imbibendi consiliaque ejus pro Hierarchiæ interitu impediendo discendi opportunitatem habuerat, (a quo etiam literas illas fuisse ad nostrum scriptas putamus, quarum supra p. 666 not. 763 meminimus?), valde verisimilem reddit *MESSENI* narrationem, quæ reformationi ecclesiæ *Ericum* obtitisse docet, idque communicato cum Lincopensi consilio factum asferit, cujus callidam rationem ipsæ quoque illæ allatæ a *STIERMANN* literæ non obscure produunt.

(765) H. e. Adjunctum ei in iis muneris partibus, quas ipsi, ut nondum consecrato, peragere haud licuit, adiutorem: qui unde venerit, & a quo constitutus fuerit, omnino nescimus, Raros cæterum in pa-



Episcopalis jam antea factus fuisset particeps, Episcopali quoque jure potuit homines *Chrismate confirmare*, quod *Erico* ordinationis Episcopalis experti, per canones Ecclesiae Romano-Catholicae non licuit (766).

De primis moliminibus reformandae Ecclesiae Fennicae, hoc ipso tempore factis, nullam aliam vel certio- rem vel pleniorē aliunde notitiā habemus, quam quae paucis verbis ab Auctore nostro traditur. Hinc enim MESSE- NIUM quoque sua hausisse, apparet. Neque de M. *Petro Särkilax*, primo hujus operis in Fennia auctore, plura quam

tria nostratiles fuisse Episcopos, consecrationem sine Diocesi (nisi no- mine tenus) simul sibi tributa nos, constat. Vocatur autem ille, *Episcopus* (*Biskop Vincentius*) etiam ab ipso Rege *Gustavo*, ut ver- ba ejus apud RHYZELIUM, *Monasteriol.* p. 301 legenda, ostendunt.

(766) Non est improbable, *Ericum* in Sacerdotibus quoque con- secrandis operi hujus *Vincentii* fuisse usum, quod asserit RHYZELIUS (*Episcoposc.* l. c. p. 343), scribens: "Thenne (Ericus) emedan han, „säsom ovigd, icke vågade sig viga Präster, betjente sig til Prästevig- „ning af en som hette *Vincentius*, som hade fått vigsel": sed non de hac re, verum de Sacramento Confirmationis, non nisi ab Episcopo consecrato fidelibus communicando, Auctorem nostrum loqui, manife- stum est. Male autem mentem RHYZELII (qui non de *ordinibus sa- cerdotalibus*, quibus caruisse *Ericum* credi nequit, sed de *Episcopalibus* illis loquitur) cepit Nobil. UGGA l. c. scribens: *Emedan han* (M. Ericus) *ej var vigd til Präst, förrättades Prästvigningarne* (id quod non sufficit ordinationem sacerdotalem accepisse, sed opus fuit etiam Episcopali) *af en vid namn Vincentius, som var sjelf Prästvigd.* Ad- modum autem turbat SPGEL, qui (l. c.) ait: "Oanfedt Johannes Vestrogothus, och M. Ericus i medlertid sodo efter Stiftet; doch sö- „restod thenne *Ericus* så länge Biskops Ambetet, och *Vincentius* haf- „ver något thertil hulpt, *befynnerliga* at upbära rånör och inkom- „sterna.